

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Impossibile. Emblema LIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Impossibile.

EMBLEMA LIX.



**A**BLVIS Aethiopem quid frustra? ab desine: noctis  
Illustrare nigra nemo potest tenebras.

COMMENTARI I.

**I.** DVO viri circa Aethiopem nudum  
sedentem iuxta fontem occupantur,  
vt eundem alter aspergendo, alter abster-  
gendo in nitorem dent, & candorem.

**II.** EX Luciani Disticho translaturū, quod  
reperitur lib. 2. Epigram. Græcorum, tit.  
*εις δδυνατον, sic enim habet:*

*Εἰς τὴ μάτην νιψεις ἄμας ἰνδικὸν ἰ-  
χθεο τὶ γυνε,*

*ἔ δύνασαι δυοερὸν νύκτα καθηλιάζαι.*

Quod sic redditum est Latinitati:

*Abluis Aethiopē frustra: quin desinis artē?  
Haud vtiquam efficies nox sit vs atra  
dies.*

Emblema

in fons.

Id autem ex apologo quedam Aethiopo

manasse plantum est, de quodam, qui emit  
Aethiopem, ratusq; silum colorem non na-  
tura, sed præteriti domini negligentia ac-  
cidisse, perpetuis lotionibus miserum vsq;  
ad morbū diuexauit, colore nihilo quàm  
antea fuerat meliore. Natiuum Aethio-  
pum nigrorem ex sideris vicini vapore pu-  
tat accidere Plinius lib. 2. cap. 78. Ouid. 2.  
Metamorph. ad fabulam retulit, ex incen-  
dioq; Phaethontis accidisse, vt ingreſce-  
rent Aethiopes:

*Sanguine tum credunt in corpora summa  
vocate,*

*Aethiopum populos nigrum traxisse colore.  
Aethiopum nigritiem omnino exustioni*

§ &

& superficiali calori, qui non in corde refi-  
deat, sed in extremis superaret, Alexāder  
putat ascribendam. Cui rei argumento il-  
lud esse, populos eos quum estuosisima in-  
colant, timidos item esse ac effeminatos:  
Scythas verò, qui in gelidissima sunt regio-  
ne albos esse ac animosos. Quod ipsum  
etiam Gallis ferè vsu venit, quibus in cor-  
de ac icore naturalis subsistit calor ac ni-  
dulatur, nec ad extrema se magnopere pro-  
mit, indicio est cutis candor. Vide Celiū  
Rhodig. lib. 16. c. 15.

Galli cur  
albi.

III.  
Ethiops  
unde di-  
ctus.

Ethiops  
non albo-  
scit.

IV.  
Mores vel  
animum  
mutare  
difficile.

ABLVS Ethiopem] Maurū. Ethiops  
autem dicitur à verbo Græco αἰθω, ardeo,  
& ὄψ, aspectus, qui solis ardore torrea-  
tur. Huc pertinet proverb. Ethiopem de-  
albare: & Ethiops non albescit, quod refer-  
& illud Nazianzeni: Πάρδαλις δὲ καὶ πορτί-  
δεταὶ τὸ κατὰς κρονον δὲ αἰθίοψ τὸ μέ-  
λαρ. hoc est, Pardus non deponit pellis ma-  
culas, neq; nigrorem Ethiops. Si quid de  
Ethiopibus p̄tibus requirit, coule  
Phn. lib 5. c. 8. & lib. 6. cap. 50.

SIGNIFICATVR hoc schemate,  
ὄτι μέγιστον αἰ εὐσεὺς ὡς προῦλαθον τῆς  
ἀρχῆς. naturas manere ut suum habuerit  
principium. Pindarus Olymp. 13. ἀμαχον  
δὲ κρύψαι τὸ σύγγειον ἡθός. Difficile est  
occultare morem ingentium. Idem Aristophanes  
Vespis ἀποσύναι χαλεπὸν εὐσεως  
ἢ ἔχει τῆς ἀεί. Tegere a difficile est quam  
quis naturam habeat. Succurrit illud Ci-  
ceron ad Q. fratrem: Hoc nūc non conten-  
do, quod fortasse cū in omni natura, tū  
iam in nostra etate difficile est mutare a-  
nimū, & si quid est penitus inūctū mor-  
ibus, id subito euellere. Quod referendum  
Diogenis apophthegma, qui cū impro-  
bum quendam & proteruum castigaret,  
rogatus quid faceret. Ethiopem, inquit,  
abstergo, vt difficulter candidum reddam.  
Quod in genere de his omnibus intelli-  
gi potest, quæ nulla arte, nullaque industria  
corrigi aut mutari queunt. Sed speciatim  
hoc torquebimus in ea, quæ facta sunt &  
simulata, vt gloriam inanem, non vitæ me-  
ritis, sed precario emptam, cuius omnia si-  
mulacra, vt sic dixerim, tanquam sterculi  
celeriter decidunt: quæ quidem simula-  
tum quicquam non possit esse diturnum,  
& ficta cito ad naturam redeunt suam. Ve-  
rè Flaccus:

Naturæ expellat furca, tamen usq; recurret.  
Menander:

ἢ φύσις ἀπάντων τῶν διδαγμάτων  
κρατεῖ.

Natura omnibus doctrinis imperat.  
Vel hoc traducemus ad mores indociles, &  
indomitam quamdam naturam, quæ nulla  
vi aut arte mitescere potest, vt sunt effera-  
ta quorundam ingenia, à quibus non pos-  
sunt auelli, quæ rudibus anni primūm  
percepta sunt. Nam  
Quo semel est imbuta recēs, seruabit odorē  
T est a diu.---

Tamet si enim ad tēpus desinere videatur  
in perisq; cacaothes, multaq; prohibeant  
etas, metus, & magistrum tamen habi-  
tum delere, nedum tollere, ferè nō est qui  
possit. Adscribam huc Epigramma lepi-  
dum Anuli ex Picta Poeti:

Indocile ingenium si pergas velle docere,  
Infelix operam perdas: vt si quis a sellum  
In campum doceat partem currere frano:  
Qui cū quadrupedum in morem videat  
Tollere posse caput, gressus glomerare super-  
bos:

Hunc tamen aut franis, aut si calcaribus  
virges,  
Auriculas demittit iniquæ mentis a sellus  
In terram, et pedibus possici calcitrans. Ergo  
Desine: nam nunquam ars naturam vin-  
cit, equosq;

Nunquam ex dogeneri fiet generosus a sellis.  
Et nunquā ex stolido coruatus fiet ab arte.  
Τὸ τοῦ μὲν ἀδύνατον, ἀνδρὸς ἔ ποσοῦ. Co-  
nari quod fieri non potest, non pertinet ad  
sapientem: Helenæ verba sunt ad Mene-  
laum apud Euripidem. Nulla sapientia  
(inquit Seneca epistola vndecima) natura-  
lia corporis aut animi ponuntur vitia; quic-  
quid infixum & ingentium est, leuiter arte  
non vincitur. Quædam nec disciplina, nec  
vltus vnquam excutit, sed natura vim suā  
exercet, & illos vitij sui etiam robustissi-  
mos admonet. Hæc, vt dixi, nulla sapientia  
abigit, alioqui haberet rerum naturam sub  
imperio sui, si omnia eraderet vitia. Quæ-  
cunque attribuit cōditio nascendi, & cor-  
poris temperatura, cū multum se, diuq;  
animus composuerit, habebunt. Nihil hor-  
um vitari potest, non magis quàm accer-  
siri. Mōcrates inter familiares dicere solit-  
us est, se quidem docere decem minis: ce-  
terum qui ipsum docuisset audaciam &  
vocalitatem, quæ natura illi denegarat, mer-  
cedis loco daturum decem milia. Hæc au-

Vitia na-  
turalia  
vix fac-  
ile tolli.

tem quia sunt natura, quæ non facile mutari potest, non artis, à præceptoribus dari non possunt. Durum est adueta relinquere, ait ille: Hieronymus ad Heliodorùm, de laude vitæ solitariæ: Corpus assuetum tunicis lorice onus non fert: caput operum linteo galeam recusat: mollem otio manū durus exasperat campus. Nicephorus lib. 12. cap. 32. histor. ecclesiast. de Martiano episcopo Nouatiano, qui cum Iudgū inuenerat, qui ramentis aduersos non potest abijcere dicebat Martianus, perinde fuisse ac si spinis manus imposuisset, non autem Sabbario. Conferri potest Iuuenalis illud è Satyra 13.

*Mobilis & varia est ceterè natura malorū:*

*Cum scelus admittunt, superest constantia: quid fas,*

*Quid ve nefas, tãdem incipiunt sentire per-*

*actis*

*Criminibus, tamen ad mores natura re-*

*currit*

*Damnatos, fingi & mutari nescia: nam*

*quis*

*Peccandi finem posuit sibi? quando recepit*

*Eiectum semel atrita de fronte pudorem.*

*Vlpianus Iurisc. hanc thesin ad speciem facti singularis aptauit, l. præcipiunt, ff. de*

*ædil. edict. mancipia, quæ rudia sunt, præsumuntur esse simpliciora, & ad ministeria multò aptiora, trita verò & veteratiore*

*difficile est reformare.*

Cuculi.

EMBLEMA LX.



**R**URICOLAS, agreste genus, plerique cucullos  
Cur vocitent, quanam prodita causa fuit?

S 2 Vere